

50. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei meisum. *Joan. xiv, 21.*  
Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et Pater meus diligit eum, et ad eum venimus, et mansionem apud eum facimus. *Joan. xiv, 23.*
52. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus; vos autem dixi amicos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. *Joan. xv, 14.*
53. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat; ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. *Joan. xvi, 13.*
54. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.  
Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. *Joan. xv, 26.*
55. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, do-

- cebit vos omnem veritatem; non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. *Joan. xvi, 13.*
56. Sanctifica eos in veritate, etc. Et pro eis ego sanctifico meisum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate. *Joan. xvii, 17.*
57. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. *Ibid. 20.*
58. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. *Ibid. 21.*  
Et ego charitatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. *Ibid. 22.*
59. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi. *Joan. xvii, 24.*
60. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Joan. xix, 26.*

## MINÆ EVANGELICÆ.

1. Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.
2. Amen dico vobis, tolerabilis erit terra Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. *Matth. x, 14.*
3. Væ tibi, Corozain: Væ tibi, Bethsaida; quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere penitentiam egissent. *Matth. xi, 21.*
4. Verumtamen dico vobis, Tyro et Sidoni remissus erit in die judicii, quam vobis. *Ibid. 22.*
5. Et tu, Capharnaum, numquid usque in cælum exaltaberis? usque in infernum descendes; quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. *Ibid.*
6. Verumtamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissus erit in die judicii, quam tibi. *Ibid.*
7. Viri Ninivæ surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Jonæ, et ecce plus quam Jonas hic. *Matth. xii, 41.*
8. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam; quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis; et ecce plus quam Solomon hic. *Ibid.*
9. Sic erit in consummatione sæculi, exibunt

- Angeli et separabunt malos de medio justorum. *Matth. xiii, 40.*
40. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. *Ibid. 48.*
  41. Væ mundo a scandalis. Necessè est enim ut veniant scandala; verumtamen væ illi per quem scandalum venit. *Matth. xviii, 7.*
  42. Si autem manus tua vel pes tuus scandaliza te, abscinde eum, et projice abs te; bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. *Matth. xviii, 8.*
  43. Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocrite, quia clauditis regnum cælorum ante homines, etc. *Matth. xxiii, 13.*
  44. Væ vobis, Scribæ, etc., quia comeditis domos viduarum, etc. *Matth. xxiii, 13 et sequent., ubi continuo, usque ad finem capituli, Væ, fulmen æternæ damnationis in Scribas, ob eorum superbiam, avaritiam, sevitiam, impietatem denotat.*
  45. Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, et sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachie, quem occidistis inter templum et altare. *Matth. xxiii, 35.*  
Amen dico vobis: venient hæc omnia super generationem istam.
  46. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt,

- quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluit! Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. *Ibid.*
51. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire; Et cæperit percutere servos suos, manducet autem et bibat cum ebrios; Veniet dominus servus illius in die qua non sperat, et hora quam ignorat; Et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. Illic erit fletus et stridor dentium. *Matth. xxiv, 48.*
18. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam. *Matth. xxv, 46.*
19. Væ homini illi (*Juda*) per quem Filius hominis tradetur; bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. *Matth. xxvi, 24.*
20. Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.
21. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis; væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis.
22. Væ cum benedixerint vobis homines; secundum hæc enim faciebant pseudoprophetae patres eorum. *Luc. vi, 24.*
23. Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis.
24. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis.
25. Omnis autem cui multum datum est, multum queretur ab eo, et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. *Luc. xii, 48.*
26. Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. *Luc. xiii, 3.*

## MIRACULA CHRISTI ORDINE TEMPORIS

QUO PATRATA SUNT, SIGILLATIM DIGESTA.

1. « Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth. » *Luc. i, 41.*
2. « Et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres; et benedictus fructus ventris tui » *Ibid.*
3. « Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? » *Ibid.*
4. Christus recenter natus misit Angelum, qui pastoribus, et stellam, quæ Magis nuntiaret suam nativitatem, eosque ad se visendum adorandumque vocaret. *Luc. ii, 9; Matth. ii, 3.*
5. Oblatus in templo fecit, ut Simeon et Anna se ut Messiam agnoscerent, ac de se prophetarent. *Luc. ii, 23.*
6. In Christum, cum baptizaretur a Joanne, Spiritus sanctus specie columbæ illapsus est, et vox Patris intonuit: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. » *Matth. iii, 14.*
7. Christus innox a Baptismo secedens in desertum ibi quadraginta diebus jejunavit et per miraculum ab omni cibo poturque abstinent. *Matth. iv, 2.*
8. Christus in nuptiis Canæ Galilææ mutat aquam in vinum. *Joan. xxi, 11.*
9. Mox in Paschate omnes vendentes et ementes vultus sui majestate procellens, flagello eiecit à templo. *Joan. ii, 15.*
10. Filium Reguli ægrum sanat Capharnaï. *Joan. iv, 30.*
11. Dæmoniacum ibidem in Synagoga a dæmone liberat. *Marc. i, 23.*
12. Scorum Petri febrientem, multosque ægros curat. *Matth. viii, 15.*
13. Dormiens in navi excitatur a discipulis, ac sedat maris tempestatem, ventisque et fluctibus imperat. *Matth. viii, 15.*
14. Sanat duos dæmoniacos in regione Genesorum, ac dæmonibus permittit ingredi in porcos, qui eos præcipitant in mare. *Matth. ix, 28.*
15. Sanat paralyticum per tegulas ante se demissum. *Matth. ix, 2.*
16. Vocat Matthæum a telonio, itarum mentem ejus immutat, ut omnibus relictis illico eum sequatur. *Matth. ix, 9.*
17. Archisynagogi filiam a morte revocat, et Hæmorrhoeæ fluxum sanguinis sistit. *Matth. ix, 18.*
18. Duos cæcos illuminat, et dæmoniacum mutum curat. *Matth. ix, 27.*
19. Ad probaticam piscinam in Sabbato sanat ægrum per triginta octo annos. *Joan. v, 2.*
20. Manco manum aridam restituit. *Matth. xii, 13.*
21. Leprosam a lepra mundat. *Matth. viii, 2.*
22. Centurionis servum paralyticum sanat. *Matth. viii, 5.*
23. Filium viduæ in Naim a morte suscitatur. *Luc. vii, 11.*
24. Magdalenam a morte animæ, et a dæmonibus liberat. *Luc. vii, 48.*
25. Curat dæmoniacum, cæcum et mutum. *Matth. xii, 22.*
26. Quinque panibus pascit quinque hominum millia. *Joan. viii, 11.*
27. Ambulat Jesus super mare, et Petrum super illud ambulare facit. *Matth. xiv, 25.*
28. Sanat filiam Chananæ a dæmone vexatam. *Matth. xv, 28.*
29. Sanat surdum et mutum mittens digitos in auriculas, et exuens tangensque linguam

- ejus, cœrens epnpheta, id est adapere. *Marc. vii. 34.*
30. Septem panibus pascit quinque hominum millia. *Matth. xv. 36.*
31. Illuminat cœcum in Bethsaida, dicentem : « Video homines sicut arbores ambulantes. » *Marc. viii. 24.*
32. Transfiguratur se Christus in monte Thabor : « Et resplenduit facies ejus sicut sol, et apparuerunt Moyses et Elias cum eo loquentes. » *Matth. xvii. 2.*
33. Ejicit demonem lunaticum, quem discipuli ejicere non potuerant ; quia « hoc genus, inquit, non ejicitur nisi per orationem et jejunium. » *Matth. xvii. 14.*
34. Facit ut Petrus in ore piscis inveniat didrachmam, illudque pro tributo persolvat. *Matth. xvii. 26.*
35. Mundat decem leprosos. *Luc. xvii. 12.*
36. Cœco nato visum restituit. *Joan. ix. 1.*
37. Sanat mulierem contractam. *Luc. xiii. 41.*
38. Sanat hydropticum in Sabbato, prandens cum Phariseo. *Luc. xiv. 2.*
39. In festo Enceniorum eripit se e lapideantium manibus. *Joan. x. 31 et 39.*
40. Lazarum quatuordecim annorum et sepulcro evocat et suscitavit. *Matth. xi. 1.*
41. Duos cœcos juxta Jericho illuminat, e quibus unus famosior erat, nomine Bartimeus. *Matth. xx. 29; Marc. x. 46; Luc. xviii. 33.*
42. Insidens asino gloriose quasi Messias ingreditur Jerusalem, turbis cum ramis palmarum aclamantibus, quin et infantibus : « Hosanna Filio David. » *Matth. xxi. 9.*
43. Mox cœcos et claudos in templo curat. *Matth. xxi. 14.*
44. Ficulinam maledicendo arefacit. *Ibid. 10.*
45. Ejicit rursus vendentes et ementes e templo. *Luc. xix. 43; Matth. xxi. 12.*
46. « Apparuit illi Angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. » *Luc. xxii. 44.*
47. « Ut ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. » *Joan. xviii. 6.*
48. « A secula autem hora tenebræ facte sunt super universam terram usque ad horam nominam. » *Matth. xxvii. 43.*
49. « Christus in passione et crucis fuit miraculum miraculorum ; fuit enim portentum, imo abyssus humilitatis, patientiæ, obedientiæ, charitatis, fortitudinis, martyrii omniumque virtutum. » *Matth. xxvii.*
50. Clamans : « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, » per miraculum expirat ; morientis enim vox, vita et spiritus deficit. *Ibid. 30.*
51. « Et ecce velum templi scissum est a summo usque deorsum, et terra mota est, et petreæ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem, et qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu et his quos fiebant, timerunt valde, dicentes : Vere Filius Dei erat iste. » *Ibid. 34.*
52. « Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. » *Joan. xix. 34.*
53. Christus tertio post mortem die seipsum resuscitavit, et corpus gloria cæterisque dotibus beatitudinis condecoravit, et beat. *Matth. xxviii; Marc. xvi; Luc. xxiv.*
54. « Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum, et ipse evanuit ex oculis eorum, et dixerunt ad invicem : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas ? » *Luc. xxiv. 30.*
55. Christus die quartaagesima resurrectione sua, coram Apostolis, e monte Oliveti gloriosus in cœlum ascendit, sedetque a dextris Dei. *Luc. xxiv. 31; Marc. xvi. 19.*

## ORACULA ET PROPHETIÆ CHRISTI EX ORDINE

QUO AD IESU PER SE VEL SIOS EDITE SUNT, DISPOSITÆ.

1. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Luc. i. 48.*
2. Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis : præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.
3. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum. *Luc. i. 76.*
4. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur.
5. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. *Luc. ii. 34.*
6. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. *Joan. i. 48.*
7. Videbitis cœlum apertum et Angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis. *Ibid.*
8. « Christus ejiciens ementes et vendentes e templo, Judeis petentibus signum assignat suam mortem et resurrectionem ; utrumque predicans : 1º *Joan. ii. 19;* 2º paulo ante, et post transfigurationem suam,

- Matth. xvii. 21;* 3º paulo ante mortem, cum ad eam Hierosolymam pergeret, *Matth. xx. 19;* 4º in ultima cena paucis horis antequam caperetur. » *Matth. xxvi. 2.*
9. Christus mulieri Samaritanæ edicit oculia, quæ per vitam gesserat ; itaque eam et Samaritanos convertit. *Joan. iv. 18.*
10. Venit hora et nunc est, quando veri adoratores adorabant Patrem in spiritu et veritate. *Joan. iv. 23.*
11. Levate oculos et videte regiones, quia illæ jam albæ sunt ad messem. *Joan. iv. 33.*
12. Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me ; si alius (Antichristus) venerit in nomine suo, illum accipietis. *Joan. v. 43.*
13. Nonne ego vos duodecim elegi, et ex vobis unus diabolus est ? Scilicet Judas, qui me tradet. *Joan. vi. 71.*
14. Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob, in regno cœlorum ; filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores. *Matth. viii. 11.*
15. Tradent enim vos in Concilii, et in Synagogis suis flagellabunt vos ;
16. Et ad præsidem et ad reges ducemini propter me, in testimonium illis et Gentibus. *Matth. x. 17.*
17. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient.
18. Et eritis odio omnibus propter nomen meum ; qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Ibid. 21.*
19. Amen dico vobis : sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo. *Matth. xvi. 28.*
20. Elias venturus est, et restituet omnia. *Matth. xvii. 11.*
21. Vade (o Petre) ad mare, et mitte hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore ejus invenies staterem ; illum sumens, da eis pro te et me. *Matth. xvii. 26.*
22. Calicem quidem meum bibetis ; sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. *Matth. xx. 23.*
23. « Digito scribens in terra, occulta Phariseorum adulteram accusantem scelera pandit, eosque confundit. » *Joan. viii. 8.*
- Ita in castellum quod contra vos est, in quod introeuntis invenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit : solvite illum, et adducite.
24. Et si vos interrogaverit : Quare solvitis ? sic dicetis ei : Quia Dominus operam ejus desiderat.
25. Abierunt autem qui missi erant, et invenerunt sicut dixit illis stantem pullum. *Luc. xix. 30.*
26. Venient dies in te (o Jerusalem), et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et conghostabunt te. Et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. *Luc. xix. 43.*
27. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, et Sapientes, et Scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis ; et ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, et persequemini de civitate in civitatem.
28. Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiz, quem occidistis inter templum et altare. *Matth. xxiii. 34.*
29. Ecce relinquetur vobis domus vestra desertata. *Ibid.*
30. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis : Benedictus qui venit in nomine Domini. *Ibid. 38.*
31. Multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus, et multos seducet. *Matth. xxiv. 5.*
32. Audistis enim estis prælia et opinionem præhorum. Videte ne turbemini ; oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. *Ibid.*
33. Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestilentia, et fames, et terræ motus per loca. *Ibid.*
- Hæc autem omnia initia sunt dolorum. *Ibid.*
34. Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos ; et eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. *Ibid.*
35. Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem. *Ibid.*
36. Et multi Pseudopropheta surgent, et seducet multos. *Ibid.*
37. Et quomiam abundavit iniquitas, refrigeret charitas multorum. *Ibid.*
38. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Ibid.*
39. Et predicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus Gentibus ; et tunc veniet consummatio. *ib.*
40. Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum commovebuntur. *Ibid. 29.*
41. Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo, et tunc plangent omnes tribus terre, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa et majestate. *Ibid.*
42. Et mittet Angelos suos cum tuba, et voce magna ; et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad terminos eorum. *Ibid.*

43. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes, nubentes, et nupti tradentes usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam. *Ibid.* 38.  
Et non cognoverunt donec venit diluuium, et tulit omnes; ita erit et adventus Filii hominis. *Ibid.*
44. Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, et unus relinquetur.  
Duae molentes in mola: una assumetur, et una relinquetur. *Ibid.*  
Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. *Ibid.*
45. Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae. *Matth.* xxv, 31.
46. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hæcibus. *Ibid.*
47. Et statuet oves quidem a dextris suis, hæcibus autem a sinistris. *Ibid.*
48. Tunc dicet Rex his qui a dextris ejus erunt: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. *Ibid.*
49. Jerusalem calcabitur a Gentibus, donec impleantur tempora nationum. *Luc.* xxi, 44.
50. Ecce introentibus vobis in civitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat.
51. Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?  
52. Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum, et ibi parate.  
Euntes autem invenerunt, sicut dixit illis, et paraverunt Pascha. *Luc.* xxii, 10.
53. Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. *Matth.* xxvi, 31.
54. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. *Ibid.* 23.
55. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum infinxisset panem, dedit Judæ Simoni Iscariote.
56. Et post buccellam introivit in eum Satanas. Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citius. *Joan.* xiii, 26.
57. Respondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. *Matth.* xxvi, 25.  
Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. *Ibid.*  
Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. *Ibid.*  
Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor.
- Ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.
58. « Christus tam ante quam post mortem prædixit adventum Spiritus sancti. » *Joan.* xiv, 16; *Luc.* xxiv, 49.
59. Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. *Matth.* xxvi, 29.
60. Ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropinquavit qui me tradet. *Matth.* xxvi, 43.
61. Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros;
62. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beate steriles, et ventres qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt.
63. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, et collibus: Operite nos.
64. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? *Luc.* xxiii, 28.
65. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. *Luc.* xxiii, 43.
66. Tunc ait illis (*mulieribus venientibus ad Christi sepulcrum*) Jesus: Nolite timere: ite, nuntiæte fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. *Matth.* xxviii, 10.  
*His adde nonnulla ex Joanne præter ordinem.*
67. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor. *Joan.* x, 16.
68. Resurget frater tuus (*ait Christus Marthæ de Lazaro mortuo*). *Joan.* xi, 23.
69. Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. *Joan.* xi, 50.
70. Sinite illam, ut in diem sepulture mee servet illud (*scilicet unguentum Magdalene*). *Joan.* xii, 7.
71. Sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. *Joan.* xiii, 1.
72. Absque Synagogis facient vos; sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.  
Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me. *Joan.* xvi, 2.
73. Ecce venit hora, et jam venit, ut dispergami unusquisque in propria; et me solum relinquantis, et non sum solus, quia Pater mecum est.
74. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. *Joan.* xvi, 32.

## SACRAMENTA A CHRISTO INSTITUTA.

## 1. BAPTISMUS.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. *Joan.* iii, 5.

Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.

Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. *Matth.* xxviii, 18.

## 2. CONFIRMATIO.

His auditis baptizati sunt in nomine Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant. *Act.* xix, 5.

Miserunt ad illos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu.

Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum. *Act.* ii, 14.

## 3. EUCHARISTIA.

Cenantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite, hoc est corpus meum.

Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes.

Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Matth.* xxvi, 26.

Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *Joan.* vi, 51.

*Sacrificium Eucharisticum.*

Hoc facite in meam commemorationem. *Luc.* xxii, 19.

Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur, qui, sci-

licet calix (*ut patet ex græco*), pro vobis offerretur (*nam liquida solent per effusionem Deo libari et offerri*) jamjam in hac ultima cena, cum ego et vos illum bibemus, et bibendo Deo libabimus. *Luc.* xx, 20.

## 4. PœNITENTIA.

Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan.* xx, 22.  
Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo. *Matth.* xviii, 18.

## 5. EXTREMA UNCTIO.

Ungebant oleo multos ægros, et sanabant. *Marc.* vi, 13.

Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros Ecclesie, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum; et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei. *Jacob.*, cap. v, 14.

## 6. ORDO.

Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc enim dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur, etc. *Joan.* xx, 21.  
Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. *II Tim.* i, 6.

Tunc jejunantes, et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. *Act.* xiii, 3.  
Constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. *Tit.* i, 3.

## 7. MATRIMONIUM.

Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adherabit uxori suæ, et erunt duo in carne una.

Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. *Matth.* xix, 3.

Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia. *Ephes.* v, 32.

## PARADOXA EVANGELICA.

1. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum, etc. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. *Joan.* i, 1.

2. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum. *Joan.* i, 4.

3. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.

In propria venit, et sui eum non receperunt.

4. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.

5. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Joan. i, 10.*
6. Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. *Ibid. 13.*
7. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia.
8. Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.
9. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. *Joan. i, 16.*
10. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.
11. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. *Marc. i, 2.*
12. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Joan. i, 29.*
13. Spiritus ubi vult spirat; vocem ejus audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. *Joan. iii, 8.*
14. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius, hominis, qui est in caelo.
15. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis; Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.
16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. *Joan. iii, 13.*
17. Illum oportet crescere, me autem minui. *Joan. iii, 30.*
18. Qui accepit ejus testimonium, signavit, quia Deus verax est.
19. Quia enim misit Deus, verba Dei loquitur; non enim ad mensuram dat Deus spiritum.
20. Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus. *Joan. iii, 33.*
21. Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.
22. Ad aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. *Joan. iv, 13.*
23. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus. *Joan. iv, 34.*
24. Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem; quaecumque enim ille fecerit, haec et Filius similiter facit. *Joan. v, 19.*
25. Sicut enim Pater suscitavit mortuos, et vivificavit; sic et Filius, quos vult, vivificat.
26. Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. *Joan. v, 21.*
27. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.
28. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. *Joan. v, 28.*
29. Ego sum panis vitae: qui venit ad me, non esuriat; et qui credit in me, non sitiet unquam. *Joan. vi, 35.*
30. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum; et ego resuscitabo eum in novissimo die.
31. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me. *Joan. vi, 44.*
32. Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam: verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. *Ibid. 64.*
33. Queretis me, et non invenietis; et ubi ego sum, vos non potestis venire. *Joan. vii, 34.*
34. Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura: Flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.
35. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: vidit et gavisus est. *Joan. viii, 36.*
36. In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, caeci fiant. *Ibid. 39.*
37. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum. *Joan. xi, 25.*
38. Qui amat (*Matth.*, cap. x, 30, qui invenit) animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. *Joan. xii, 24.*
- Beati pauperes spiritu. Beati mitis. Beati qui lugent, etc. *Matth. v, 1.*
39. Nunc iudicium est mundi; nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.
40. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.
- Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. *Joan. xii, 31.*
41. Ego sum via, veritas, et vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me; si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis, et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. *Joan. xiv, 6.*
42. Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? *Joan. xiv, 10.*
43. Ego sum vitis, et Pater meus agricola est, etc. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.
44. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et areset; et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.
45. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis. *Joan. xv, 5.*
46. Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te

- solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.
47. Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi, ut faciam.
48. Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te.
49. Manifestavi nomen tuum hominibus; quos dedisti mihi de mundo. *Joan. xvii, 3.*
50. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum. *Matth. xix, 24.*
51. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. xviii, 14.*
52. Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum. *Joan. xx, 17.*

## APOLOGI ET PARABOLÆ EVANGELICÆ

ORDINE HISTORICO DISPOSITÆ.

1. Parabola puerorum canentium et lamentantium. *Matth. xi, 16.*
2. Parabola seminantis, in qua semen aliud cecidit secus viam, aliud in petrosa, aliud in spinas, aliud in terram bonam, fecitque fructum centesimum, sexagesimum, trigesimum. *Matth. xiii, 4.*
3. Parabola zizaniorum, quae semini supereminavit inimicus. *Ibid. 24.*
4. « Simile est regnum caelorum grano sinapis. » *Ibid. 31.*
5. « Simile est regnum caelorum fermento in farinae satis tribus. » *Ibid. 38.*
6. « Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. » *Ibid. 44.*
7. « Simile est regnum caelorum margaritae pretiosae. » *Ibid. 45.*
8. « Simile est regnum caelorum sagene missae in mare. » *Ibid. 47.*
9. Parabola patrifamilias, qui a servo in conservum immisericordie debuit decem millium talentorum, jam remissum repelit. *Matth. xviii, 23.*
10. Parabola boni pastoris, mercenarii et ovium. *Joan. x, 2.*
11. Parabola Samaritani curantis eum qui inciderat in latrones, infuso in plagas oleo et vino. *Luc. x, 30.*
12. Parabola amici petentis noctu ab amico tres panes pro hospite, docens modum et vim orandi. *Luc. xi, 5.*
13. Parabola divitis sic dicentis: « Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Dominus: Stulle, hac nocte animam tuam petunt à te: quae autem parasti, cuius erunt? » *Luc. xii, 19.*
14. Parabola servi vigilantis noctu, et dominum a nuptiis revertentem expectantis. *Luc. xii, 36.*
15. Parabola ficulnae infrugiferae, quae jubetur excidii. *Luc. xiii, 6.*
16. « Contendite intrare per angustam portam in caelum, quia pauci salvantur; et arcta est salutis via. » *Luc. xiii, 24.*
17. Parabola de captando inter convivias ultimo loco. *Luc. xiv, 7.*
18. Parabola de computandis sumptibus ante bellum, et ante fabricam turris. *Luc. xiv, 28.*
19. Parabola ovis centesimae perditae, quam pastor, relicti nonaginta novem, requisivit. *Luc. xv, 4.*
20. Parabola mulieris quaerentis drachmam perditam, eaque inventa, sibi suisque congratulantis. *Luc. xv, 8.*
21. Parabola filii prodigi. *Luc. xv, 11.*
22. Parabola de villico iniquo, faciente sibi amicos de mammona iniquitatis, ut officio privatus, ab eis recipere. *Luc. xvi, 1.*
23. Parabola divitis epulonis et Lazari mendici. *Ibid. 19.*
24. Parabola iniqui iudicis et viduae. *Luc. xviii, 2.*
25. Parabola Pharisei et Publicani. *Luc. xviii, 9.*
26. Parabola de operariis in vineam conductis hora una, tertia, sexta, nona et undecima, ubi in mercede novissimi fiunt primi, et primi novissimi. *Matth. xx, 1.*
27. Parabola de decem misis in servos ad negotiandum distributis. *Luc. xix, 13.*
28. Parabola dnorum filiorum, unius penitentis et patri obedientis, alterius fingentis se obedire. *Matth. xxi, 28.*
29. Parabola locute vineae, cujus conductores occiderunt heri servos et filium. *Ibid. 33.*
30. Parabola invitantis ad nuptias filii, ubi invitati neglexerunt venire, sed abierunt, alius in villam suam, alius ad negotiationem suam; unde herus invitavit omnes obvios, et ingressus in convivium, ejecit eum qui carebat veste nuptiali. *Matth. xxii, 1.*
31. Parabola de decem virginibus, quinque prudentibus, quae acceperunt oleum in vasis cum lampadibus, et quinque fatuis, quae oleum accipere neglexerunt. *Matth. xxv, 1.*
32. Parabola de talentis in servos distributis, cum uni dedit quinque, alteri duo, tertio unum. *Ibid. 14.*

## ADAGIA, GNOMÆ ET EMBLEMATA EVANGELICA.

1. Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in que salietur? ad nihilum valet ultra nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.
2. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.
3. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. *Matth. v. 13.*
4. Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. *Matth. vi. 21.*
5. Nemo potest duobus dominis servire. *Matth. vi. 24.*
6. Sufficit diei malitia sua. *Ibid. 34.*
7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *Matth. vii. 2.*
8. Quid vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? *Ibid. 3.*
9. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. *Ibid. 6.*
10. Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?  
Aut si pisicem petierit, numquid serpentem porriget ei?  
Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se!
11. Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. *Ibid. 9.*
12. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.
13. Euntes autem discite quid est: misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. *Matth. ix. 13.*
14. Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.
15. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus; tollit enim plenitudinem ejus a vestimento, et pejor scissura fit.
16. Neque mittunt vinum novum in utres veteres; alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt; sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur. *Matth. ix. 17.*
17. Secundum fidem vestram fiat vobis. *Matth. ix. 20.*
18. Messis multa, operarii autem pauci. *Ibid. 38.*
19. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. *Matth. x. 24.*
20. Nihil est opertum quod non revelabitur, et occultum quod non scietur.
21. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Matth. x. 26.*
22. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, major est illo.
23. A diebus autem Joannis Baptiste usque nunc regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.
24. Omnes enim Prophete et lex usque ad Joannem prophetarunt.
25. Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.
26. Qui habet aures audiendi, audiat. *Matth. xi. 11.*
27. Justificata est sapientia a filiis suis. *Ibid. 19.*
28. Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.
29. Ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. *Ibid. 26.*
30. Jugum meum suave est, et onus meum leve. *Matth. xi. 30.*
31. Omne regnum divisum contra se, desolabitur. *Matth. xii. 25.*
32. Qui non est mecum, contra me est. *Ibid. 30.*
33. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. *Ibid. 50.*
34. Omnis Scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. *Matth. xiii. 52.*
35. Non est Propheta sine honore nisi in patria sua. *Ibid. 57.*
36. Modice fidei, quare dubitasti? *Matth. xiv. 31.*
37. Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus.
38. At illa dixit: Etiam, Domine; nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. *Matth. xv. 26.*
39. Non quod intrat in os coquinat hominem, sed quod exit de ore, hoc coquinat hominem. *Matth. xv. 11.*
40. Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cælum.  
Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum.  
Faciem ergo cæli judicare nostis; signa autem temporum non potestis scire? *Matth. xvi. 2.*
41. Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anime vero suæ detrimentum patiat? *Matth. xvi. 26.*

42. Amen dico vobis, si habueris fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis. *Matth. xvii. 19.*
43. Quicumque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic major est in regnum cælorum. *Matth. xviii. 14.*
44. Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Matth. xxi. 13.*
45. « Scribis potentibus an liceat tributum dare Cæsari, respondet Christus: » Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.  
Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc et superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris.  
Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo. *Matth. xxii. 19.*
46. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei.  
Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite; secundum opera vero eorum nolite facere; dicunt enim et non faciunt. *Matth. xxiii. 2.*
47. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. *Matth. xxiii. 32.*
48. Sicut fulgur exit ab Oriente et paret usque ad Occidentem, ita erit et adventus Filii hominis.
49. Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non extinguet. *Matth. xii. 20.*
50. Cælum et terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. *Ibid. 33.*
51. Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus venturus sit. *Matth. xxiv. 42.*
52. Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Matth. xxv. 40.*
53. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. *Matth. xxvi. 42.*
54. Sabbatum propter hominem factum est, et non homo propter Sabbatum; itaque Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati. *Marc. ii. 28.*
55. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. *Matth. iv. 4.*
56. Angelis suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. *Ibid.*
57. Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. *Luc. ix. 26.*
58. Dignus est operarius mercede sua. *Luc. x.*
59. Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti.  
At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. *Luc. xi. 27.*
60. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Luc. xvi. 9.*
61. Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est; et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est.  
Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis?  
Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? *Luc. xvi. 10.*
62. Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.
63. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transire. *Luc. xvi. 29.*
64. Vidit quamdam viduam pauperulam mittentem æra minuta duo;  
Et dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit.  
Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei; hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit. *Luc. xxi. 2.*
65. Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? *Luc. xxiv. 26.*
66. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.  
Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Joan. xii. 24.*
67. Si ergo lavi pedes vestros, Dominus et Magister; et vos debetis alter alterius lavare pedes.
68. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. *Joan. xiii. 14.*
69. Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt. *Joan. xx. 29.*

## ÆNIGMATA EVANGELICA.

1. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.
2. Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam; et congregabit triticum suum in horreum, paleas au-

- tem comburet igni inextinguibili. *Matth. iii. 12.*
3. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam; et sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. *Matth. iv. 16.*

4. Lucerna corporis tui est oculus tuus : si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.
5. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt! *Matth. vi, 22.*
6. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *Matth. viii, 22.*
7. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, et non invenit. Tunc dicit : Revertar in domum meam, unde exivi; et veniens, invenit eam vacantem, scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes habitant ibi; et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimæ. *Matth. xii, 43.*
8. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, etc. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem vero ceciderit, contere- tum. *Matth. xxi, 42.*
9. Qui habet, dabitur illi; et qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. *Marc. iv, 23.*
10. Video homines velut arbores ambulantes. *Marc. viii, 24.*
11. Omnis enim igne salietur, et omnis victima sale salietur.
12. Bonum est sal; quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos. *Marc. ix, 48.*
13. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. *Luc. iii, 8.*
14. Dicite vulpi illi (*Herodi*) : Ecce effugio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertio die consumor. *Luc. xiii, 32.*
15. Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi primi. *Matth. xx, 30.*
16. Nunc qui habet sacculum, tollat, similiter et peram; et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium. *Luc. xxi, 36.*
17. Modicum, et jam non videbitis me; et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem. *Joan. xvi, 16.*
18. Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilæ. *Matth. xxiv, 28.*
19. Et cum venerit ille (*Paracletus*) arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De justitia vero, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est. *Joan. xvi, 8.*
20. Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum. *Joan. xx, 17.*
21. Cum esses junior, cingebas te et ambulabas ubi volebas; cum autem senexeris, extendes manus tuas, et alius te cinget et duce- te tu non vis. *Joan. xxi, 18.*
22. Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? *Ibid. 22.*
23. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. *Matth. xxiii, 24.*
24. Væ vobis, Scribæ, etc., quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem pleni estis rapina et immunditia. *Ibid.*

# ARGUMENTUM

IN

S. MATTHÆUM.

## SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM

SECUNDUM MATTHÆUM.

Inscribitur hic liber tam in Latinis quam Græcis et Syris exemplaribus : « Sanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthæum. » *g. d.* : Hic est liber continens optimum et lætissimum nuntium adventus Christi, sive Messie Patriarchis promissi, puta incarnationis, natiuitatis, vite, predicationis, passionis, resurrectionis, ascensionis Christi ac redemptionis, salutis, gratiæ et gloriæ ab eo partæ, et toti orbi allatæ, cujus scriptor fuit S. Matthæus, dictator Spiritus sanctus. Syrus interpres hunc præfixit titulum : « In virtute Domini, Deique nostri Jesuca Christi, incipimus scribere librum sacrosancti Evangelii, primumque Evangelium, Matthæi præconium, » hoc est quod Matthæus præconizavit, sive prædicavit. Unde illud sic finit : « Sancti Evangelii præconiū Matthæi, quod prædicavit Hebræci in terra Palestine, finis. Arabicus : « Evangelium Jesu Christi sicut scripsit Mar (*id est Dominus*) Matthæus, unus ex duodecim discipulis ejus. » Nunc singula verba pressius expendamus.

SANCTUM.—Evangelium est et dicitur sanctum, quia omnia que continet, sancta sunt per eminentiam, scilicet sancta est Christi natiuitas ex Spiritu sancto, sancta doctrina, sancta opera, sancta miracula, sancta passio, sancta resurrectio, ascensio, missio Spiritus sancti. Alludit ad illud Daniel ix, 24, ubi dicitur consummandas esse septuaginta annorum hebdomades usque ad Christum, « ut ungetur Sanctus Sanctorum. » *g. d.* : Hoc libro et Evangelio ostenditur impletam esse prophetiam Danielis de Christo venturo, qui est Sanctus Sanctorum, ideoque sicut olim Jacobo Patriarche, sic et nunc assellis suis christianis dabit scientiam Sanctorum; finis enim ejus est sanctificatio nostra, et ut serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris. » *Luc. i, 75.* Porro quanta et quam admirabilis sit sanctitas et perfectio Evangelii præ lege naturæ et Mosaica, liquet ex celestibus præceptis et consiliis quæ sancit Christus, *Matth.*, cap. v, 6 et 7; atque ex vitis Sanctorum novi Testamenti; in his enim videri est quantas fuerit virtutes sancti Pauli et Apostolorum; quam celestis

vita et contemplatio anachoretarum et religiosorum; quam insuperabilis fortitudo martyrum; quam angelica puritas Virginum: quam heroici labores SS. Confessorum, Episcoporum, Pontificum, etc.

Jesu Christi.—Jesús est proprium nomen Verbi incarnati, puta hujus hominis Verbo hypostatice uniti, sicut eum nomen proprium est Cornelius, alterius Petrus, Paulus, Jacobus, etc. Dicitur *Jesús* Heb. יהושע *Jehosua*, et *contractio*, sicut *Jesuca*, id est salvator, quia, ut prædixit Gabriel Archangelus : « Ipse populum salvum faciet a peccatis eorum. » *Matth. i, 21; Luc. i, 31.*

Christus vero nomen est officii et dignitatis. Christus enim Hebraice cognominatur משיח *Messias*, Græce χριστός; Latine unctus, quia a Deo Patre unctus et consecratus est in summum orbis Pontificem, Regem, Legislatorem, Prophetam et Doctorem.

EVANGELIUM.—Id est bonum nuntium, καλὸν εὐαγγέλιον enim est nuntio, unde ἀγγέλιος est nuntius, καλὸν εὐαγγέλιον est bona nuntio, καλὸν εὐαγγέλιον est bonus Angelus, sive lætus nuntius, καλὸν εὐαγγέλιον est jucundum lætumque nuntium. Ita S. Chrysostomus. Hic vide Budæum in *Pandectas*, ubi addit Evangelium per metonymiam significare donarium, vel sacrificium exhibilum pro felici nuntio. Unde Cicero ad Atticum : « O suaves, ait, tuas epistolas, quibus evangelia debere fateor; » evangelia, id est premia læti nuntii. Evangelium Hebræice dicitur בשורה *besora* a בשר *basar*, id est caro; quasi *besora* sit lætissimum incarnationis Verbi nuntium de salute et felicitate æterna, quod Christus Dominus quasi magni consilii Angelus hominibus attulit. Hic vero Evangelium metonymice sumitur pro libro vel scriptura, que hoc nuntium historice enarrat.

SECUNDUM MATTHÆUM.—Vox *secundum* notat: primo, primum et primum Evangelii hujus auctorem esse Spiritum sanctum, secundarium vero S. Matthæum; fuit enim ipse quasi organum, instrumentum et calamus Spiritus sancti, scribens ea que Spiritus sanctus dictabat, juxta illud : « Lingua mea calamus scribæ; velociter scriben- tis. » *Psal. xlii.*

Jesu nomen proprium.

Christus nomen officii.

Evangelium est nuntium.